dicta,) in qua è regione altaris Saxo incisa hæc verba legimus:

S. Petri ad vincula erit dedicatio annua in hac basilica.

Ex adverso autem:

CCLX. *dies indulgentiæ hîc sunt: Dedic. PP. LEO.*

templum cum oppido exustum,

Circa A. C. MCCCXII. unà cum oppido exusta, monstrante id lapide cum hac inscriptione:

Anno milleno trecenteno duodeno
Festo Baptistæ apparuit ictulus iste,
quô fuit combusta turris & Ecclesia.

& subversum,

Sed annô MDCXLVI. 24. Sept. Catti, Duce *Ufleno*, antiquum hoc monumentum *Karolinum* pulvere nitrato supposito disjecerunt. Hinc monumenta Padebornensia: (i)

Hospes Eresburgi *præruptam conspicis urbem.*
antiquâ celebrem relligione locum.
Martis *ibi quondam simulacro nobile fanum,*
Saxoniæ columen præsidiumque fuit.
Quod LEO vastatum CAROLI victricibus armis
Sacravit vero restituitque Deo.
Mansit & hoc nostræ genti, dum barbarus hostis
augustum nostro tempore vertit opus.
Nonne gigantéos meruit renovare triumfos,
quæ manus in Superos hoc fuit ausa nefas.

In prima editione *Monum.* ultimum distichon ita exprimunt:

Nil intentatum sceleris manus illa reliquit,
in Superos tantum quæ fuit ausa nefas.

campanæ delapsæ infractæ, minima

§. IV. Ajunt incolæ, delapsâ superioris turris parte; unà cum pêndentibus in ea campanis, omnes has illæsas mansisse, de quibus tres vidimus. Minima reliquis vetustior fusa est anno MCCCCVI. ipso die Luciæ cum inscriptione:

O Rex gloriæ Christe veni cum pace, nominor MARIA.

minor,

Minor fusa annô MDI. cum his verbis:

S. Johannes yß min Nahme/ myn Gelúde sy Gode wohl beqveeme/ die Lebendigen rope ick/ de Doden beschrye ick/ Hagel un Donner brecke ick.

[i] *edit. Amstelodam. pag.* 102.